

ad hunc congressum punctis, opera antedictorum dominorum mediatorum, et omnium nostrum consensu statutis, debita praesertim conservata ratione, per articulum III declarata pacem serenissimae Venetorum reipublicae promovere cupientes, tractatus pro modo fata republica assumpsimus; et habito respectu ad solemne hujus pacis fundamentum antehac inter Caesaream majestatem, rempublicam Venetam, et excelsum Imperium, tanquam validum et inviolabile statutum meliori quo potuimus modo tractatus cum illustrissimis et excellentissimis Portae Ottomanicae legatis plenipotentiariis dominis, domino Mehemet Essendi, supremi imperii Ottomannici cancellario, et domino Maurocordato ex nobili stirpe de Scarlati, mox dicti imperii consiliario, et intimo secretario, sexdecim articulos eo, quo sequitur, tenore et eruditionibus ad finem appositis, servandos mutuo consensu conclusimus.

*Fiat insertio.*

Post quae omnia cum supremoratis excelsi imperii Ottomannici legatis ulterius quoque ita conventum est, ut quamdiu jam dicti domini legati hic adfuerint, si dominus legatus Venetus sese ad acceptationem insertorum superius articulorum resolverit, possis illico eosdem in instrumentum redigere, illudque propria subscriptione si giloque munitum dominis plenipotentiariis Ottomanici extradere, et compar vicissim ab eisdem subscriptum signatumque recipere, ea tamen lege, ne praeterquam in illis, quae ad amicitiae majoris officia pertinere videbantur, supra recensitos articulos quoad limites et loca, nec aliam quapiam ratione immutare, restringere, ampliare aut permutare liceat; Quod si discedentibus hinc dominis excelsi imperii Ottomannici legatis eundem dominum legatum Venetum, quantum interest, rebus adhuc suis indeterminatis remanere contigerit, permittitque saepedictae Venetorum reipublicae, ut intra spatium triginta dierum, a die conclusae hujus universalis almae pacis possit ratificare hoc instrumentum, et ratificationem suam dominis legatis mediatoribus transmittere, articulos quoque ad renovandae amicitiae